



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

60 Votum est duplex, scilicet, simplex, & solemne.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

vis, ordo, ligamen, honestas. Si sis affinis,  
si forte coire nequibus.

Primo, error personæ, si quis contra-  
hat cùm secundò genita putans contra-  
hære cùm primogenita pulchriori, vel di-  
tiori, aut cùm Berta, putans contrahere  
cùm Gemma, quia tunc, cùm sit error in  
persona, contractus non valet, quia er-  
rants non consentit, & nullum erit ma-  
trimonium, cap. i. num. 24. questione 1.  
l. si per errorem. ff. de jurisdic. omn. jud. l.  
2. in prin. ff. de jud. l. cum testamentum, &  
l. non idcirco. C. de jur. & fact. ignor.

Secundò, conditionis error, ut si quis  
liber putans contrahere cùm libera, contra-  
hat cùm ancilla, & contraria, si fœmina  
libera putans contrahere cùm libero,  
cum servo contraxerit, non tenet matri-  
monium, d. cap. i. 29. quest. 1. cap. si quia  
ingenueus, & cap. si fœmina, 29 quest. 2. &  
cap. proposuit, de conjug. serv. & ibi Abb.  
num. 1. & num. 5. & cap. fin. eo. tit. nisi  
postea cognita condicione servili, matri-  
monium per cohabitationem, & copu-  
lam subsecutam ratum habeatur, quia  
tunc matrimonium dirimi non potest, d.  
cap. proposuit, & ibi Abb. num. 3.

60 Tertiò † votum, quod est duplex, scilicet simplex, & solempne: simplex impedi-  
dit matrimonium, sed non dirimit, si  
contra votum matrimonium contrahat-  
ur, licet contrahens peccet, & pœnitentia-  
ti peragere teneatur, cap. si vir. 27. di-  
stinct. cap. consultit, & cap. rursus, qui cler.  
vel yo. solempne. Per quod matrimonium  
contractum dissolvitur, est, quando quis  
sacros ordines suscepit, aut professi nem-  
tacitam, vel expressam in aliqua religio-  
ne approbata emisit, ut cap. 1. de vot. &  
vot. redemp. & ibi gloss. 2. & 3. in 6. cap.

presbyterū. 27. & cap. aliter 31. dist. cap.  
roventibus. 17. quest. 1. cap. 2. & 3. qui cler.  
vel yo. & concil. Trident. can. 9. de sacra-  
matr. sess. 24.

Quarto, † cognatio, quæ est triplex,  
impediens & dirimens matrimonium,  
scilicet, carnalis, spiritualis, & legalis.  
Carnalis, quæ hodie usque ad quartum  
gradum extenditur de jure canonico  
computando, ut in e. non debet. de consang.  
& affin. propter fornicationem autem ad  
secundum tantum, conc. Trident. in cap. 4.  
de reform. matr. sess. 24.

† Contractum vero in gradu prohibito  
non tenet, & filii, qui ex eo suscipiunt-  
tur, sunt illegitimæ, cap. fin. 5. si quis vero,  
de clandest. de spons. clem. unic. de consan-  
guinit. & affin. & conc. Trident. cap. 1. de  
ref. matr. sess. 24. Spiritualis cognatio  
est, quæ inter puerum baptizatum, & il-  
licet patrem, & matrem, & baptizantes,  
qui patrini vocantur, baptizati que patrē,  
& matrē, inter quos tantum spiritualis  
cognatio, contrahitur, cap. in cathechismo,  
& cap. non plures, de consecrat. distin. 4.  
quamvis, de cognat. spirit. in 6. concil.  
Trid. c. 2. de reso. matr. sess. 24. & Pius  
V. in Bull. cap. 24. s. nos piarum men-  
sium. Nec ultra duo patrini, videlicet  
unus, & una ad summum esse possunt,  
dicto cap. 2. de reform. matr. & non ob-  
stante quacunque consuetudine, sive poti-  
bus corruptela, nunquam tertius patrī  
nus est adhibendus, ut in decij. super eos.  
cap. 2. de reform. matr. sess. 24. sub tit.  
Tergestin. Si vero duo viri fuerint designati  
ad suscipiendum baptizatum, & unus  
astiterit, non tamen tetigerit, cum tan-  
gente tantum contracta est cognatio spi-  
ritualis, quamvis ambo pro patrīnī de-  
scripti